



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Amantius Diaconvs. Gandaui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

in Agro namircensi, quod nunc est nobilium virginum  
Canonicarum XVII. & Canonicorum X. Tandem Apo-  
stolica virtute & spiritu plenus in Elnonensi Monasterio,  
quod hodie ab Auctore S. Amandi propriè dicitur morte  
obiit anno incarnationis verbi sexcentesimo sexagesimo pri-  
mo, ætatis vero suæ nonagesimo. Cuius corpus etiam in  
capillis & omnibus sui partibus sic integrum & venu-  
stum post multos annos inuentum est, quasi si non modo  
heri aut nudius tertius mortuus, verum etiam adhuc in  
viviis fuisset plura de illo lib. 4. Antiqu. mearum Gand. item  
apud Haræum Molanum Meyerum, Gazeum in Historia  
Belgij Ecclesiastica Sigebertum in Chronico, Miræum in  
fastis, qui testamentum eius quoque narrat, aliosque in-  
uenies.

## A M A N T I V S   D I A C O N V S .

*Gandaui.*

**I**nter Comites B. Landoaldi, qui à Martino pontifice S. 19. Mar  
Amando in promouenda Religione adiutor datus est  
primus recenietur diaconus eius, nomine & merito A-  
mantius, eiusdemque in baptisme filius. In Episcopatu  
Tungrensi cum B. Landoaldo multum laborauit. Ex  
Wintershouen. Hasbaniae vico Gandauum ad D. Bauo-  
nis anno 980. cum alijs quibusdam Sanctorum Corpori-  
bus per Womarum Abbatem Gandauensem translatus est  
yide de eo plura apud Haræum 19. Martij in vita S. Lan-  
doaldi Confessoris per Nodgerum Episcopum Leodien-  
sem scripta.

B      ALDE-